

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Regimen siue regere z
cum uariis

Publici decoris mater est mens regentis et quale fuerit dominantis arbitrium, talem parit libertatis aspectum. Facilius est quippe, si dicere fas est, errare naturam quam dissimilem princeps possit formare rem publicam. Is enim potest alios bene regere qui se studuit sub decore tractare.

Cassiodorus libro III. epistolarum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

arbitrium] arbitriis C; bene *om.* V¹ V² L¹ L²